

90 eisque necessitas imposita Presbyteratus. Tandem eorum quoque contumacia in Episcopos fecit, ut hi paulatim jurisdictionem repeterent suam, quam Vicariis generalibus pro arbitrio amovibilibus demandarunt, ut fusc Auctor. Hos vero libros decretalium recentiores esse patet ex dictis, neque vera mentio est in sexto.

92 Verum amplissimam ejusmodi Archidiaconorum jurisdictionem adhuc hodie in aliquibus ecclesiis stare, tradit Van-Espen *loc. cit. n. 22. quod & exemplis ecclesie leodiensis, & ecclesie S. Jacobi Lovanii demonstrat num. 22. 23. & 24.*

93 In plerisque etiam ecclesiis Belgicis consuetudinem admissa Archidiaconis omnem planè jurisdictionem contentiosam, salva tamen eis extrajudiciali cura & sollicitudine tam in clerum, quam in populum, asseruat mex citat. Auctor *cod. num. 22.*

94 Si plura cupis cum ad veterem, tum ad presentem disciplinam spectantia, præter hic laudatos Auctores, adire potes Morin de sacerdotibus, part. 3. ex. 16. capit. 3. Sirmond. tom. 1. oper. part. 967. cautè legendum Bohemer. ad tit. decret. de offic. Archidiacon. & Zypæum, consult. cau. ad eundem. tit.

ARCHIEPISCOPUS.

ARTICULUS I.

Quoad suum esse, & jurisdictionem, quam habet in tota sua provincia.

SUMMARIUM.

- 1 Archiepiscopus unde dicitur.
- 2 Archiepiscopus alio nomine appellatur Metropolitanus, & quare.
- 3 Archiepiscopus, & Metropolitanus in re sunt idem.
- 4 Dantur tamen aliqui Archiepiscopi, qui propriè non sunt Metropolitanus, ex quo nullum habeant suffraganeum.
- 5 Episcopi Metropolitanus subjecti quare appellantur suffraganei.
- 6 Archiepiscopus, seu Metropolitanus, ultra jurisdictionem, quam habet in propria diocesi, sicut ceteri Episcopi in suis, habet ordinariam jurisdictionem in omnes suffraganeos, seu Episcopos non exemptos sue provincie.
- 7 Archiepiscopus est iudex ordinarius, & competens omnium Episcoporum sue provincie.
- 8 Archiepiscopus potest liberè suam exercere jurisdictionem, & auctoritatem in omnibus frequentibus casibus. Primò potest Archiepiscopus suam exercere jurisdictionem cogendo suos suffraganeos Episcopos ad observandum eundem modum in divinis officiis celebrandis, quem servat ecclesia metropolitana.
- 9 Secundò potest suam exercere jurisdictionem, quando causa per appellationem ad ipsum deferatur.
- 10 Tertio potest injungere Episcopis suffraganeis, ut observent sacros canones in materia simonia, aliis ipse Archiepiscopus penam poterit infligere.
- 11 Quarto potest cogere Episcopos suffraganeos ad erigendum seminarium.
- 12 Quintò potest ipsos compellere ad faciendam Synodum, & cetera, inseparabilia ab ejus dignitate, ad num. 50.
- 51 Auctoris supplementa.
- 52 Ad. ex aliena manu, ad num. 63.

1 Archiepiscopus sic dicitur tamquam primus, seu princeps omnium Episcoporum sue provincie. Arche enim græce principium, vel principatum sonat, cap. Cleros verb. Archiepiscopus dist. 21. Et Archiepiscopus alio nomine appellatur Metropolitanus sive à mensura, à numero civitatum, & c. Cleros verb. Metropolitanus, quia provincia, cui præest Metropolitanus, decem aut undecim civitates, & totidem Episcopos suffraganeos olim sub

se continere solebat. cap. Scitote 2. caus. 6. quest. 3. gloss. in cit. cap. Cleros verb. A mensura dist. 21. Vel potius, & rectius dicitur Metropolitanus à Metro, quod idem sonat quod mater, & polis, quod idem sonat quod civitas, quia videlicet archiepiscopus, seu metropolitanus, sita est in metropoli, seu in civitate præcipua, quæ est veluti mater, seu matris aliarum ecclesiarum, seu civitatum totius provincie, cit. c. Cleros dist. 21. & ibi gloss. verb. A mensura. Abbas in cap. Suffraganeis n. 2. de elect. Covarrub. pract. cap. 19. num. 2. Pirhing. lib. 1. tit. 31. num. 13. Unde in re Archiepiscopus, & Metropolitanus idem sunt, ut deduci potest etiam in textu in cap. Pastoralis in princip. de offic. Ordinarii. & in extravaganti. Salvatoris de præbend. inter commun. Dantur tamen aliqui Archiepiscopi, qui propriè juxta datam explanationem non sunt metropolitanus, ex quo nullum sub se habent suffraganeum; ut testatur Homobon. De humane vite status part. 1. cap. 6. Azorius institut. moral. part. 2. lib. 3. c. 33. quest. 1. Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 1. tit. 1. c. 6. & lib. 1. juris univers. ecclesiast. cap. 7. num. 7. ubi dicit, tales esse inter alios Archiepiscopos Roxanens. & Lancianens. qui nullum habent suffraganeum; quare autem in jure, ut cit. c. Scitote 2. caus. 6. quest. 3. & cap. Suffraganeis 11. de election. & cap. 1. de foro competent. in 6. Episcopi metropolitanus subjecti appellantur suffraganei, est quia suffragantur ipsi in officio episcopali, scilicet in consecrando alios Episcopos, in celebrando concilia, & hujusmodi, Abbas in cap. Suffraganeis de elect. n. 1. & alii passim. Archiepiscopus, seu Metropolitanus, ultra jurisdictionem, quam habet in propria diocesi, sicuti Episcopi in suis, habet ordinariam jurisdictionem in omnes suffraganeos, seu Episcopos non exemptos sue provincie, adeoque tamquam ordinarius, & immediatus eorum superior potest eisdem præcipere, quæ ad eorum spectant officium, & si negligentes sint, potest ipsos etiam per censuras compellere ad præstandum suum officium, ut colligitur ex cap. Quod autem Archiepiscopus n. 1. & cap. Per Provincias 2. & 3. caus. 9. q. 3. cap. Quia cognovimus 6. caus. 10. q. 3. & cap. Pastoralis 11. §. 1. de offic. Jud. Ordinarii, ubi expressè dicitur: Quod Episcopus suus eidem (scilicet Archiepiscopo) sit Metropolitanus lege subjectus; cap. Venerabilis §. 2. de sentent. excomm. cap. Romana ecclesia 1. de offic. Ordinarii in 6. Est enim Archiepiscopus iudex ordinarius, & competens omnium Episcoporum sue provincie, unde quicumque habens auctoritatem contra Episcopum, potest illum convenire coram Archiepiscopo, textu expresso in cit. cap. Quia cognovimus 6. caus. 10. q. 3. Abbas in cit. cap. Pastoralis, & alii passim. Qui Archiepiscopus potest liberè suam exercere jurisdictionem in omnibus sequentibus casibus.

Primo potest Archiepiscopus suam exercere jurisdictionem cogendo suos suffraganeos Episcopos ad observandum eundem modum in divinis officiis celebrandis, quem servat ecclesia metropolitana; cap. De his 14. dist. 12. Gloss. in cap. Pastoralis, de offic. Ordinarii, verb. Exceptis. Secundò potest suam exercere jurisdictionem, quando causa per appellationem ad ipsum deferatur, scilicet quando à sententia, vel gravamine Episcopi legitime appellatur ad Archiepiscopum; cap. Cum non ignoretis 1. de offic. Legati, cap. Duo simul 9. de offic. Judicis Ordinarii. Tertio potest injungere Episcopis suffraganeis, ut observent sacros canones in materia simonia; aliis ipse Archiepiscopus penam poterit infligere; c. Dilectus Filius 30. de simonia. Quarto potest cogere Episcopos suffraganeos ad erigendum seminarium; Conc. Trid. sess. 23. cap. 18. de reform. Quinto potest ipsos compellere ad faciendam synodum quotannis; Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. Sexto potest ipsos cogere ad constituendum Archiepiscopatum ralem; cap. Ut singula plebes 2. de offic. Archiepiscopi. Septimo potest Episcopos suffraganeos ad concilium provinciale vocare, ut diffusè statuitur dist. 18. & per totam, & in Conc. Trid. sess. 24. c. 2. de reform. Octavo potest cogere suffraganeos ad residentium ad suas ecclesias; Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 1. & illis sine legitima causa non residentibus ap-

16 plicare fructus fabricæ ecclesiæ; aut pauperibus loci, & crescente contumacia, denuntiare Summo Pontifici; Conc. Trid. ibidem, & Pius IV. in constit. incip. De salute gregis. Nono potest deputare Vicarium, seu Officialem in ecclesia suffraganea, si infra octo dies post mortem Episcopi Capitulum non providerit, vel non idoneum elegerit; Trid. sess. 16. cap. 23. de reform. Decimo potest vocare, & compellere suffraganeos pro consecratione alterius suffraganei; cap. Non debet 3. & cap. Episcopus 4. dist. 65. Undecimo potest cognoscere de iustitia sententiæ excommunicationis suffraganei; c. Sollicitudinem 54. de appellat. §. Nos igitur, vers. Si verò Notarium.

19 Duodecimo potest Archiepiscopus interveniente causa suos suffraganeos suspendere, interdicare, & excommunicare; cap. Venerabilis, de sentent. excommunic. & cap. Romana ecclesia 1. de offic. Ordinarii in 6. Et Archiepiscopo absente, & à sua provincia distante, etiam ejus Vicarius potest ipsos suffraganeos suspendere, interdicare, & excommunicare; textu claro in cit. cap. Romana ecclesia, §. Officiales autem, de offic. Ord. in 6. Bertachin. de Episcopo part. 7. lib. 4. tit. de Vicario Episcopi q. 10. & cum aliis Barbosa lib. 1. juris eccles. univers. cap. 7. n. 28. Tertiodecimo potest Archiepiscopus excommunicare Vicarium, vel Officialem Episcopi suffraganei, causa rationabili existente; c. Romana, de offic. Vicarii in 6. & ibi Gloss. verb. Rationabili. Causæ autem rationabiles excommunicandi Vicarium sunt, quæ referuntur à Gloss. in cit. cap. Romana, & ab Archidiacon. & Gemin. ibi n. 6. scilicet, quando Vicarius impedit causam appellationis ad Archiepiscopum; vel si deliquit circa officium commissum; vel si peccaverit in his, quæ sunt jurisdictionis; vel si uteretur jurisdictione Episcopi excommunicati; vel si non servet privilegia Sedis Apostolicæ; vel si sit criminiosus, & incorrigibilis. Exceptis tamen his, & similibus casibus, si Vicarius delinquit extra officium, non subiacet jurisdictioni metropolitanæ, nisi in casibus à jure expressis, sicut ceteri subditi suffraganei, sed cognitio, & punitio delicti à Vicario extra officium pertinet ad suum Episcopum, qui habet facultatem à jure, prout quibus aliis magistratus coercendi officialem suum appellatione remota, prout disponitur in leg. Nulli Officialium, Cod. quemod. appellat. non recip. Gratian. in cap. Et qui appellat, §. Nulli quoque 2. quest. 6. Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 1. tit. 4. n. 18.

24 Quartodecimo potest Archiepiscopus absolvere subditum suffraganei, quem ipse non vult absolvere; cap. Ad reprimeandum 6. de offic. Judicis Ordinarii. Quintodecimo potest dispensare in subditis suffraganei, quando ipse denegat dispensationem, & dispensatio est debita ratione personæ, loci, ætatis, temporis, pietatis, necessitatis, & utilitatis ecclesiæ; Sanchez in præcepta decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 38. num. 13. Genuens. in præcepta Archiepiscopi. Neapol. cap. 88. n. 3. Barbosa de offic. & potest. Episcop. cap. part. 1. tit. 4. num. 24. Sextodecimo potest conferre beneficia vacantia per negligentiam suffraganei, si enim suffraganeus sit negligens ad conferenda beneficia intra semestre, tunc collatio devolvitur ad Archiepiscopum; cap. Licet 3. de supplenda negligentia Prælator. Decimoseptimo potest instituire presentatum à patronis per negligentiam suffraganei, nam si Episcopus noluerit instituire intra duos menses presentatum in jure patronatus à patronis, illum instituit Archiepiscopus, quem possunt adire patroni; Pius V. constituit. incip. In conferendis edita 16. Maji 1587. Decimotavo potest cogere Episcopum subditum pro testimonio ferendo, si Episcopus sit negligens in compellendo subdito ad perhibendum tale testimonium, & alia opportuna in causis; Abbas in cap. Si

quis contra Clericum 4. de foro competent. num. 8. Quarant. Summa Bullar. verb. Archiepiscopus auctoritas n. 14. Barbosa in cap. Pastoralis, de offic. Ordinarii num. 11. Decimono potest exequi ultimas voluntates subditorum Episcopi, ipso Episcopo negligente, Abbas in cap. Pastoralis, de offic. Ordinarii in principio, Marta de Jurisdic. part. 2. cap. 10. num. 4. Franc. Carpi de execut. testament. lib. 1. cap. 22. num. 77. Vigesimo potest dispensare in votis, & juramentis Episcoporum suffraganeorum, ut cum S. Antonin. Palud. Henrici. Avila, Sayr. & aliis tenet Sanchez in præcepta decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 38. n. 16. Vigesimo primo potest cognoscere causas subditorum suffraganei, si habeant prædium in suo Archiepiscopatu, c. Hanc 3. & c. Licet 20. de foro competent. Vigesimo secundo potest Archiepiscopus in visitando provinciam compellere suffraganeos, & subditos eorum ad solvendum procuracionem, cap. Cum ex Officii sui debito 16. de Præscriptionibus, cap. Sopiha 14. de Censibus, & cap. Romana ecclesia 1. de Censibus in 6. Vigesimo tertio Archiepiscopus dum actu visitat provinciam, potest subditum suffraganeorum confessiones audire, ipsos absolvere, atque penitentias injungere salutaris cap. Perpetuo declaramus 5. de Censibus in 6. ubi in fine sic expressè dicitur: Potest etiam idem Archiepiscopus dum visitat, confessiones subditorum suffraganeorum audire ut absolvere contentes, & ipsi penitentias injungere salutaris. Immo nedum per se, sed etiam per alios potest subditos suffraganeorum absolvere etiam à casibus suis respectivè Episcopis reservatis, quia eo tempore quo Archiepiscopus dioceses suffraganeorum visitat, quilibet diocesis actu visitata censetur tamquam sua, & ipse habere in ea jurisdictionem quasi Episcopalem Episcopo superiore; Suarez tom. 4. disp. 30. sect. 3. num. 8. & tom. 5. disp. 14. sect. 2. n. 12. Barbosa lib. 1. juris eccles. univers. cap. 7. num. 89. cum multis aliis. Vigesimo quarto potest concedere indulgentias per totam suam provinciam, etiam si non sit in actu visitationis, dummodo statutum Generalis Concilii non excedat; cap. Nostro 15. de penitent. & remiss. & ejus summar. ubi sic præcisè dicitur: Archiepiscopus intra provinciam suam potest concedere indulgentias secundum formam Conc. Gener. Vigesimo quinto potest procedere contra canonicos suffraganeorum in casu inobservantiæ censurarum ab Episcopis latorum; & cognoscere ipsorum excessus in cessatione à divinis; cap. Inrefragabili 13. de Offic. Jud. Ordinarii §. Ceterum. Vigesimo sexto potest absolvere excommunicatum suffraganei, licet contra ipsum appellat, & cogere Episcopum, ut deferat appellationi; cap. Qua fronte 25. §. Sane de appell. Vigesimo septimo potest Archiepiscopus exercere jurisdictionem in subditos suffraganeorum in concernentibus totam provinciam, ut in tollendo prævam consuetudinem; cap. Ad extirpandas 11. & cap. Nimis 18. de filiis presbyter. & cap. Ex frequentibus 3. de Institutionibus. Vigesimo octavo potest, cum in provincia sua jurisdictionem exercet, punire notorios injuriantes sibi, nuncios, & famulæ suæ, sive suam jurisdictionem impediunt, sive non; cap. Romana 1. de penis. Vigesimo nono potest interdicare prædicationis officium aliquibus per totam suam provinciam; cap. Tuarum 11. de privilegiis. Trigesimo primo test exules facere à tota sua provincia delinquentes in sua diocesi; cap. Non sine 2. de Arbitris & cap. Taurum 11. de privilegiis. Trigesimo primo potest mittere Quæstores elemosinarum per totam provinciam pro fabrica ecclesiæ metropolitana; cap. Romana 1. de penis. Trigesimo secundo potest mittere edicta per totam provinciam in casibus ad suam jurisdictionem pertinen-

1 Ecclesias omnes, etiam metropolitanas, regii juris esse patronatus, (1) & principem in omni territorium, supremum habere dominium (2) nemo ambigit. quomobrem ad quæstores elemosinarum pro illarum fabrica per totam provinciam mittendos specialis regii Consilii licentia prærequiritur videtur; (3) non secus per regnum, insulas que

(1) Vid. verb. Abbas in add. hisp. vers. De omnibus. (2) Vid. verb. Quæstuarie.

(3) L. 6. tit. 9. lib. 1. Ibi: Y asimismo mandamos á las dichas Justicias no consentan, ni den lugar que en las dichas iglesias, monasterios, hospitales, y obras pias, fue-

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.M.L.

mentibus. Gem. & Franc. in cap. 2. de supplend. neglig. Prelat. in 6. Quaranta verb. Archiep. Auctoritas, vers. 27. Barb. lib. 1. juris univ. eccl. cap. 7. n. 79. Trigesimotertio potest compellere Abbates, & Regulares Prelatos negligentes, ut prædicatio evangelii fiat in ecclesiis parochialibus subjectis monasteriis in nulla diocesi existentibus; Concil. Trid. sess. 5. cap. 3. Trigesimoquarto potest ante se facere deferri crucem in tota sua provincia, etiam per loca exempta, Clemens. cap. Archiepiscopo 2. de privi. & excessibus privilegiorum. & Sacra Congr. Rit. in Theatina 13. Julii 1613. Et Communis cum Quarant. verb. Archiepiscopi auctoritas vers. 28. ubi dicit quod locus exemptus non desinit esse intra provinciam, & hoc etiam extra visitationem. Nisi tamen esset presens Legatus Papæ, vel Cardinalis non Legatus, seu Nuntius cum facultate Legati à Latere; quia in istorum

que adjacentes, sicut pro reedificatione antiqui, venerabilisque Sanctuarii D. N. de Covadonga, sub precautionibus bene visis, fuit permissum (1).

fuera de las ciudades, villas y lugares adonde están y residen, puedan pedir la dicha limosna, aunque sea sin publicacion de Indulgencias, y sin intervencion de Questores, sin especial licencia nuestra dada y firmada de los del nuestro Consejo, y guardando la orden y forma que en la dicha provision se diere y declare; aunque en los mismos lugares en que están y residen las dichas Iglesias y obras pias podrá pedir la dicha limosna sin medio de Questores: L. 1. tit. 21. lib. 1. Ind. Mandamos á los Virreyes, Audiencias, y Gobernadores, que proveyen lo conveniente sobre que nose permitan Questores. (1) Reg. prov. 9. Decemb. ann. 1777. Ibi: Sabed, que penetrado del mas vivo dolor el Principado de Asturias por la fatalidad del incendio acaecido en el dia diez y siete de Octubre pasado de este año, en el antiguo y venerable santuario de nuestra Señora de Covadonga, y resuelto á dedicar todas sus atenciones en buscar quantos arbitrios le sean dables para reedificar aquel respetable monumento de la restauracion de España, y de las glorias de esta nacion, dirigió á N. R. P. una representacion, proponiendo varios medios á este fin; y entre otros el que se permita al mismo Principado, que de acuerdo con la colegiata de Santa Maria de Covadonga dipute personas para pedir limosna con este preciso objeto en nuestros dominios, así en la peninsula, y sus Islas, como en las Indias, sin embargo de las leyes y autos acordados que haya en contrario, respecto de que dicha colegiata no tiene en su fabrica rentas para reedificar el templo con la debida solidez y decencia, de modo que no esté expuesto á otro incendio semejante. No habiendo cabido á N. R. P. poca parte del sentimiento general, que ha causado este desgraciado suceso, ha oído con suma benignidad la citada representacion del Principado de Asturias, y ha condescendido con sus ruegos, y entre otras cosas, por su real orden de veinte y ocho de Noviembre proximo pasado, se ha comunicado al nuestro Consejo para que en su virtud expida las órdenes que juzgue adequadas al intento en la parte que corresponde á los dominios de Europa; prescribiendo todas aquellas precauciones que convengan, y entre ellas la de manifestar, que esta concesion es temporal, hasta que se verifique la reedificacion del santuario; sin que la contribucion de los fieles, aunque voluntaria, pueda extenderse mas allá. Publicada y vista en el nuestro Consejo la citada real orden, con lo expuesto por el nuestro Fiscal, por decreto que proveyeron en cinco de este mes, se acordó expedir esta nuestra carta: por la qual, en consecuencia de lo resuelto por N. R. P. en la referida real orden de veinte y ocho de Noviembre proximo pasado, de que vá hecha expresion, concedemos licencia y permiso á los Apoderados del Abad y Cabildo de la iglesia colegiata de Santa Maria la Real de Covadonga del Principado de Asturias, para que puedan diputar personas, que pidan limosna por todos estos nuestros Reynos, e Islas adjacentes, con el preciso destino al reedificar de aquel antiguo y respetable santuario; observan-

presencia non potest; Sac. Congr. Rit. in Taurin. 9. Mart. 1593. Ead. S. C. 2. Octobr. 1601.

Trigesimoquinto potest populo benedicere per totam provinciam, etiam in locis exemptis, & extra visitationem, cit. cap. Archiepiscopo, tam benedictione solemni, quam simplici. Nisi tamen, ut supra, esset presens Legatus, seu Nuntius Apostolicus, quia in presentia istius, ut decrevit S. C. R. in Taur. 9. Mart. 1593. Archiepiscopus debet rogare Nuntium, ut populo benedicat, qui hoc deinde remittit Archiepiscopo, ut populus cognoscat dignitatem apostolicam, & de Legato presente decrevit posse Archiepiscopo populo benedicere solum ipso annuente. S. R. C. 2. Octobr. 1601. Trigesimosexto potest in tota sua provincia etiam in locis exemptis uti mozzetta, & rochetto discooperto, nisi ut supra, sit presens Legatus, vel Cardinalis. Sac. Cong. Rit. 2. Octobr. 1601.

Eadose en el asunto las reglas, y precauciones siguientes.

1. Que en cada obispado, ó territorio exento se dipute por dicho Abad y Cabildo una persona residente en el, que cuide de la recaudacion de dichas limosnas, con la debida cuenta, razon y precauciones en su seguridad.

2. Que las demandas se hagan á las puertas de las iglesias, sin tabilla, ni otros aparatos prohibidos por las leyes del Reyno.

3. Que en lugar de platillo se use de una caja cerrada, en que los fieles puedan introducir sus limosnas.

4. Que los Questores ó demandadores no han de gozar fuero, ni exencion alguna, obrando por pura devocion y caridad; sin que á nadie se le pueda obligar por fuerza á que se encargue de esta demanda, ó que encargado la tenga mas tiempo de el que le dictare su devocion, salvo que esté obligado á dar noticia al Questor principal de la diocesis, para que pueda buscar otro, que por devocion se encargue de la demanda.

5. Que de todas las cantidades procedidas de estas limosnas se haya de formar cuenta en cada año, y una arca de tres llaves, que deberá existir en la ciudad de Oviedo á disposicion del Consejo de la Cámara para la custodia de los caudales que se recogieren de dichas limosnas, de las quales tenga una llave el Fiscal de la Real Audiencia del Principado de Asturias á nombre de N. R. P. otra el Abad de Covadonga, que es, ó por tiempo fuere, y otra la persona que nombrare la Diputacion general de dicho Principado con la calidad de depositario ó tesorero.

6. Que de estos caudales no se ha de poder hacer otro uso, que en el del reedificio del santuario; y por lo que mira á su inversion, y de las demás limosnas, que la piedad de N. R. P. su real familia, y de otras demandas fuera de la Peninsula, e Islas adjacentes provinieren, pertenece al Consejo de la Cámara tomar las providencias oportunas, por ser aquel santuario, ó iglesia colegial del efectivo patronazgo real de la Corona. Y encargamos á los MM. RR. Arzobispos, RR. Obispos, Prelados eventos, sus Provisores, Vicarios, y demas Jueces eclesiásticos, y á los Cabildos de las santas iglesias metropolitanas, catedrales, colegiales y parroquiales de estos nuestros Reynos e Islas adjacentes, concurrir en su parte á que tenga efecto lo referido, y al auxilio de esta obra pia, y restauracion de un santuario y memoria tan respetable á toda la nacion española. Y os mandamos á vos los Jueces y Justicias de estos nuestros Reynos guardéis y cumpláis, y executeis en todo y por todo esta nuestra carta, y la hagáis guardar, cumplir y executar sin contravenirla, ni consentir en manera alguna su inobservancia; y para su debido cumplimiento dareis las providencias que se requieran, sin que se sigan costas, molestia, ni dilacion á la parte del Abad y Cabildo de la referida iglesia real de Santa Maria la Real de Covadonga; antes les prestareis todo el favor y auxilio que necesitaren, para que con arreglo á lo que vá dispuesto, se recauden dichas limosnas. Que así es nuestra voluntad.

1601. & similiter in tota sua provincia, etiam in locis exemptis, potest uti pallio; cap. Cum super 1. de auctor. rit. & usu Pallii. Trigesimoseptimo potest in tota sua provincia, etiam in locis exemptis celebrare divina officia in pontificalibus, & alios in sua presentia sine pontificalibus celebrare facere; cit. Clement. cap. Archiepiscopo 2. de privi. & excessibus privi.

(Leg. 15. tit. 5. p. 1. ni aliud manifestare videtur quam Archiepiscopum ducentem esse Episcoporum ibi: Cabdillo de los Obispos potestatem supra hosce eandem habere quam Patriarcha seu Primas supra suos Archiepiscopos: ideo dicta lex ad eas, in quibus patriarchalis potestatis notitia datur, referentiam facit: sunt quidem 9. 10. 21. 12. 13. & 14. ejusd. tit. & p. ibique pene omnia hic inserta reperies: eorum per consequens narratio nullum affert beneficium. Mente retine, Summum Pontificem, Patriarchas seu Primates, & Archiepiscopos, quamvis cum diversis nominibus, omnes esse Episcopos, istosque denominari Custodes; leg. 1. tit. 5. p. 1.

Vis, benigne Lector, quem in hierosolymitana civitate fuisse primum Archiepiscopum scire, lex 28. tit. 5. ejusd. p. demonstrat: Jacobum Apostolum, qui justus vocabatur, Dominique nostri Jesu-Christi frater, fuisse assertit, á Divo Petro, Apostolorum duce, & præfecto cum filiis Zebedæi, S. Jacobo, & Joanne fratribus consecratum. Quamvis in legibus 4. 5. 6. & 7. tit. 22. p. 1. referatur quid, & quomodo se gerere debebat Archiepiscopus in suffraganeorum visitatione: & in legibus 17. usque ad 29. inclusivè tractetur de Prelatorum similium electione, aut nominatione, postulatione, atque intra quod tempus consecratio post confirmationem fieri debet: omnia memorare prætermitterit, quia illa non multum ab Auctoris doctrina distant: ista suis respectivis locis notabuntur.

* Archiepiscopus in tota provincia benedictionem super populum impertiri potest; Bened. XIV. tom. 2. consuet. 40. incip. Exempla Prædecessorum.*

Primum eorum nomen, quæ veluti honoratiora tractu temporis accesserunt dignitati Episcopali, fuit quidem illud Metropolitæ, mutatum proculdubio à civitate metropoli, quæ in civili regimine totius provincie mater & caput erat, & inter ceteras urbes eminebat. Quo factum fuit, ut Episcopos illius urbis & in ecclesiastico regimine reliquis honoratior, digniorque haberetur. Metropolitæ originem, juraque à temporibus usque Apostolorum repetunt Uszer. de Orig. Episc. & Metropoli. Perr. de Marc. de Concord. lib. 6. cap. 1. n. 9. alique, qui & Eusebium, divumque Joannem Chrysostomum, suæ sententia auctores habere eo putant, quia hic in epist. 1. ad Timoth. & ille in hist. eccles. l. 3. cap. 4. narrat, à Paulo Apostolo Titum fuisse constitutum Episcopum ecclesiarum totius Insule Cretæ.

Verùm hæc tanti haud esse, ut eam Metropolitanarum juribus tribuant antiquitatem, demonstrat Van-Espen Jur. eccl. univ. part. 1. tit. 19. cap. 1. n. 3. qui ideo illorum tunc sententiam, quæ eorumdem jura à temporibus apostolicis proximis descendisse arbitrantur, & quidem ex quadam consuetudine. Ut autem res se habuerit, longe quidem ante Concilii Nicenæ tempora Metropolitanarum jurisdicção constabula fuit, cum eadem in ejusdem Concil. canonibus 4. 6. & 7. diserte concepteque confirmetur. Hinc, postquam sensim præsertimque Conciliorum canonibus illorum jura firmata fuere, ceperunt Metropolitanæ, & Archiepiscopi vocari; quod nomen non ante sæc. V. usurpasset Latinos affirmat Van-Espen cit. loc. cert.

Postquam, cum illud apud Græcos fuisse in usu tempore SS. Chrysostomi, & Epiphaniæ constat ex Thomass. ver. & nov. discipl. tom. 1. lib. 1. cap. 3. num. 7. ubi & num. 10. habetur, ab eo nomine, ut quid fastus, & am-

bitionis præferente, Africanos abstintuisse. Fuisse autem omnibus Archiepiscopis indiscriminatum nomen quæ Primatis olim tributum, pluribus docet Ziegler. de Episc. lib. 1. cap. 11. num. 4. & seqq. etiam nonnulla circa hoc argumentum scitu digna eruditè animadvertit.

Illud quoque sit competum est, metropoles ecclesiasticas ad normam civilium formatas fuisse; ita ut si Principes provincias divisissent, & Ecclesia eorum divisiones adoptaverit. Unde factum ut Episcopi metropolitica jura ambientes Imperatores adirent, & obrenta ab iis in urbis suæ gratiam metropoleos dignitate, ecclesiastica quoque jura metropolitica invaderent. At posterioribus temporibus metropolium ecclesiasticarum erectio sejunctim à civili regimine sibi vindicavit ecclesia. Et tandem ejusmodi potestas ad unum devoluta est Romanum Pontificem, ita ut hodiè & Episcopatum, & Archiepiscopatum, sive Metropoleon institutio, erectiove non nisi auctoritate SS. Pontificis fiat, Van-Espen cit. loc. num. 13. Thomassin. ver. & nov. discipl. part. 1. lib. 1. cap. 45. De Archiepiscoporum vero jurisdicçãoe pauca adnectam seq. art. ut eorum jura uno aspectu, & per summa capia, ut institui ratio postulat, dignosci possit. &†

ARTICULUS I.

Archiepiscopus quoad casus, in quibus non habet jurisdictionem.

- SUMMARIUM.**
1. Primum non potest hodiè Archiepiscopus visitare dioceses suffraganeorum, nisi causa cognita, & probata in Concilio Provinciali.
 2. Secundò non potest se ingerere in casus suorum suffraganeorum, quæ agitantur coram eis in prima instantia, & si se ingerat, sperni potest ejus inhibicio.
 3. Tertio non potest exequi sententias civiles, nec exigere penas criminales delictorum, ex eo quod ipse confirmavit sententiam suffraganei.
 4. Quarto non potest Archiepiscopus absolovere excommunicatos à suffraganeis, vel officialibus ipsorum, nisi in casu appellacionis.
 5. Quintò non potest populos suffraganeorum excommunicare.
 6. Sextò non potest ad visitata loca suffraganei redire denuo, antequam visitet totam provinciam, nisi à diocesanis locorum requiratur; & reliqua, quæ eisdem sunt denegata, ad num. 38.
 39. Inveniuntur Auct. supplementa.
 44. Add. ex aliena manu subducuntur, ad num. 73.

Primum non potest hodiè Archiepiscopus visitare dioceses suffraganeorum, nisi causa cognita, & probata in Concilio provinciali. Sic statuit Conc. Trid. sess. 24. de reform. Sac. Congreg. Episcop. 29. Apr. 1607. Tertio non potest exequi sententias civiles, nec exigere penas criminales delictorum, ex eo quod ipse confirmavit sententiam suffraganei; Sac. Congr. Episcop. in una Squillacen. 6. Martii 1618. Quarto non potest Archiepiscopus absolovere excommunicatos à suffraganeis, vel officialibus ipsorum, nisi in casu appellacionis; cap. Venerabilis, de sent. excommunic. in 6. Quintò non potest populos suffraganeorum excommunicare; cap. Nullus & casus. 3. Sextò non potest ad visitata loca suffraganei redire denuo, antequam visitet totam provinciam, nisi à diocesanis locorum requiratur; cap. Romana 1. §. Exquo, de visit. locorum.

Eadem sustinetur observantia in provinciis americanis: quare non permittitur quæstuarè etiam in scriptis (1), nisi regii prætorii, & ordinatorum venia (2) adsit.

(1) Vid. prox.
(2) L. 2. tit. 21. lib. 1. Ind. Ibi: Mandamos, que no se puedan pedir estas, y semejantes limosnas por escrito. FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. I.

7 *de Censibus* in 6. Septimo non potest recipere procurati-
nem in pecunia, nec munera à subditis suffraganeorum,
& si recipiat tenetur restituere in duplo; *cit. cap. Romana*
8 *§. Procuratiōnem*. Octavo non potest cogere subditos
suffraganeorum, ut suam delegationem accipiant, vel sen-
tentias exequantur; *cap. Romana eccles. §. Nec etiam de*
9 *foro competent. in 6.* Nonno non potest esse iudex compe-
tens pro salariis advocatorum, & procuratorum sui fori
contra subditos suffraganeorum; *cit. cap. Romana eccle-*
10 *sia. §. Nec enim, de foro competent. in 6.* Decimo non
potest ferre censuram contra officiales suffraganei, ex eo
quia citari noluerunt comparere coram eo; *cit. cap. Roma-*
11 *nana eccles. §. Nec Clericos, de foro competent. in 6.*
Undecimo non potest Archiepiscopus in diocesi suf-
fraganeorum sibi facere officiales pro causis futuris, ut
habetur in *cap. 1. de offic. Jud. Ordin. in 6.* Quod si
per consuetudinem tale jus habeat, non possunt officiales
inhibere ante appellationem; *cit. cap. 1. de offic. Jud.*
12 *Ord. num. 1. & Sac. Congr. Episcop. in una Vulturana.*
13 *Maji 1603.* Duodecimo non potest citare in causa ap-
pellationis ab Episcopo, nisi causa appellatiōnis fuerit
sufficiens, & legitima; *cap. Romana 3. §. Cum autem,*
14 *de appellatiōne, in 6.* Tertiodecimo non potest extimere ab
Episcopo eum, qui ad ipsum appellavit in aliis causis,
quam in illa appellatiōnis; *cit. cap. Romana §. Cum ve-*
15 *ro, de appellat. in 6.* Quartodecimo non potest statuere,
ut cause, quæ per appellatiōnem ad ipsum deferuntur,
agantur alibi, quam in sua civitate, vel diocesi, aut
in eis, in quibus fuit appellatum, vel cause ipsæ consti-
tunt, nisi aliud sibi competat de consuetudine; *cap. Ut*
16 *litiōnibus §. de offic. Ordin. in 6. & hoc est dispositum,*
non augeantur expensæ. Quindecimo non potest dare Vi-
sitatorem ecclesie suffraganeæ vacanti, si Capitulum bene
administret; *cap. Ecclesie Catedrali vacanti 4. de sup-*
17 *plen. neglig. Prelat. in 6.* Sextodecimo non potest con-
cedere aliquam exemptionem subditis suffraganeorum in
prima instantia; *Sac. Congr. Episcop. in una Montire-*
18 *galis 2. Decembris 1609.* Decimoseptimo non potest re-
vocare censuram latam à proprio Ordinario contra appel-
lantem; *cap. Romana §. Sententias, de appellat. in 6.*
19 Decimooctavo non potest inhibere suffraganeis in materia
observatiōnis festorum; ita declaravit Sac. Congr. Episcop.
20 *in una Beneventana 11. Januarii 1622.* Decimono non
potest inhibere suffraganeos, ne se ingerant in causis im-
munitatis ecclesiasticæ, sed remittere debet ad Sanctam
Sedem Apostolicam eos, qui recurrunt ad ipsum. Sac.
Congr. Episcop. *in una Anglonen. 23. Septemb. 1624.*
21 Vigesimo non potest publicare monitoria excommuni-
cations ad finem revelatiōnis in forma Significavit, in
diocesi sui suffraganei, *cap. Romana 1. de offic. Ordin.*
22 *in 6. & Sac. Congr. Episcop. in una Alessanen. 15. Sep-*
23 *tembris 1603.* Vigesimo primo non potest expedire Com-
missarium contra suos suffraganeos sine licentia Sacræ
Congregationis. Sic Sac. Congr. Episcop. *in una Um-*
24 *briat. 25. Maji 1629.* Vigesimo secundo non potest con-
cedere dimissorias subditis suffraganeorum, cum visitat
provinciam, quia non reperitur hoc in jure permissum. Sic
nec sine licentia suffraganei, vel superioris loci exempti
potest ordinare, chrismate inungere, degradare, & alia
similia, quæ dicunt jurisdictionem; Gloss. in *Clementin.*
25 *cap. Archiep. 2. de privilegiis & excessibus privilegator.*
Franc. & Germinian. *in cap. fin. de censib. in 6. Covar.*
26 *pract. cap. 9. num. 2.* Barbosa l. 1. *Juris eccles. cap. 7. num.*
27 *132. & de offic. & potest. Episcop. part. 1. tit. 4.*
non. 49. Archiepiscopus enim nequit exercere pontifica
in ecclesiis suffraganeorum absque licentia Episcopi ordi-
narii; Sac. Congr. Episc. & Regul. 18. *Aprilis 1599.*
28 Vigesimo tertio non potest procedere contra suffraga-
neos in causis criminalibus, nam in delictis majoribus de-
positione, aut privatione dignis, cognoscit solus Papa,
& de minoribus Concilium Provinciale, aut deputandi per
29 ipsum; Conc. Trid. sess. 24. *de reformat. cap. 5.* Vigesi-
mo quarto in casu, quo Ordinarius nolit supplicanti-
bus ordinem conferre, non poterit ab Archiepiscopo, cujus est
suffraganeus, compelli ad allegandas causas cur renuat,
sed ad Sedem Apostolicam, seu Sacram Congregationem
Concilio recurritur, ut dicta Congreg. respondit in

Rhemeni 21. April. 1668. confirmata in Calaguriana
30 *gravaminum 16. Julii 1695. in response ad 10. Vi-*
31 *gesimo quinto non potest precipere suffraganeo, ut ex-*
32 *pediat aliquam causam intra certum terminum, puta tri-*
33 *ginta dierum. Sac. Congr. Episcop. in una Murana 25.*
34 *April 1612.* Vigesimo sexto non potest vocare Episcopo
suffraganeos ad præstandum ei obedientiam, etiamsi eos
non cogat, neque per se, neque per alios, seu per pro-
curatores ad comparandum. Sac. Congr. Concil. in *Sur-*
35 *rentina 11. Septembris 1694.* Si verò probetur immemo-
36 *rabilis consuetudo vocandi Episcopos, his patientibus,*
37 *& non contradicentibus, tunc manendum est Archie-*
38 *piscopus in vocandis suffraganeis, sed non tenentur Epis-*
39 *copi accedere, nec per procuratores, eadem Sac. Congr.*
40 *Concil. 23. Martii 1697. in dicta Surrentina;* ubi com-
pilato processu remissoriali fuit iterum causa proposita,
& resolutum Recedendum à decretis, & manentem Ar-
chiepiscopus in vocandis suffraganeis, sed non teneri
Episcopos accedere, nec per procuratores, apud Petram
41 *tom. 1. in constit. unica Honorii II. sect. 1. n. 134.* Vigi-
42 *simoseptimo non potest statim, & simpliciter absolute*
43 *illum, qui de excommunicatione appellavit ad ipsum, sed*
44 *eum remittere debet ad Episcopum, qui excommunicavit;*
45 *qui si noluerit ipsum absolvere, tunc solum recepta ju-*
46 *roratoria cautione, poterit ipsum absolvere; cap. Ad re-*
47 *mandam 8. de offic. Jud. Ordin. Vigesimo octavo nihil po-*
48 *test facere in diocesis suffraganeorum, nisi quatenus*
49 *reperiatur in jure expressum; cap. Pastoralis 11. de offic.*
50 *Judic. Ordin. cap. Romana 5. cap. Venerabilibus 7. de*
51 *sentent. excomm. in 6. & cap. Romana ecclesia 1. de sup-*
52 *plend. neglig. Prelat. in 6.* Vel quatenus de consensu
Episcoporum suffraganeorum ipsi permittitur; *cap. Per*
53 *singulas 2. cap. Archiepiscopus 6. cap. Conventus 9.*
54 *cap. Episcopo 10. caus. 9. quest. 3.* Vigesimo nono Ar-
chiepiscopus non potest concedere inhibitiones in causis
pendentibus coram suis suffraganeis, nec absolutiones
quoad censuras latas ab Episcopis in causa immunitatis.
Sac. Congr. *Immun. in Majoric. 16. Junii 1614. lib. 1.*
55 *decret. Paul. pag. 44. in Aque. 17. Januarii 1703. lib. 3.*
56 *decret. Valleman. in pag. 468. & 19. Februar. 1704.*
57 *pag. 557. & 558. in Morulen. 11. Octob. pag. 622. & 8.*
58 *Novemb. 1704. lib. 3. decret. Vallemani 020.*
Trigesimo, Archiepiscopo injungitur, ut non se in-
gerat in hujusmodi causis pendentibus coram suffraganeis
absque licentia Sacræ Congregationis; Sac. Congr. *Im-*
59 *munit. in Caputaquen. 2. Junii 1591. lib. 1. decret. Valle-*
60 *mani, pag. 49. & in Bisacen. 6. Februarii 1604. lib. 1.*
61 *decret. Valleman. pag. 102.* Trigesimo primo, injungitur
Archiepiscopo Metropolitanano, ut quatenus excommuni-
catus à suffraganeo, ad ipsum recurrat per absolutionem,
omnino abstineat, sed remittat ad suum Ordinarium.
Sac. Congr. *Immun. in Ortunen. 13. Octobris 1668. lib. 1.*
62 *Altovit. pag. 277.* Archiepiscopus tamen bene se gerit
63 *procedendo ad censuras contra violatores immunitatis in*
64 *diocesi suffraganei, quando Vicarius capitularis episco-*
65 *patus suffraganei est negligens in tuenda libertate, &*
66 *immunitate ecclesiastica. Sac. Congr. Immun. in Tri-*
67 *stacen. 22. Septembris 1683. lib. 1. decret. Altovit. pag. 88.*
68 *Trigesimo secundo, Archiepiscopo Brundusinus acriter*
69 *monetur, eo quia presumperit excommunicare Vica-*
70 *rium generalem, & actuarium curie episcopalis suffra-*
71 *ganeæ, eo quod non parerit ejus inhibitioni in causa*
72 *vitæ immunitatis ecclesiasticæ, cum non possit igno-*
73 *rare decreta Sac. Congr. expressè prohibentia Metro-*
74 *politani se ingerere in causis immunitatis pendentibus in*
75 *curiis suffraganeorum; quare revocet omnia, quæ in hac*
76 *materia attentavit, & Vicarius, & actuarus non atten-*
77 *deant talè excommunicationem tamquam irrita, & nulla*
78 *exerceant propria munera. Sac. Congr. Immun. in Oste-*
79 *nen. 19. Aprilis 1603. lib. 1. decret. Vallemani. pag. 4.*
80 *Archiepiscopi Bononiensis, Ferrariensis, Ravennatensis &*
81 *Urbanatensis una cum Cardinali S. R. E. Camerario*
82 *executores deputantur per libertate mutui com-*
83 *mercii inter subditos ditionis ecclesiasticæ. Bened. XIV.*
84 *tom. 2. constit. 54. incip. Quo die.*
85 *Jurisdicção Archiepiscopi vel Episcopi suffra-*
86 *ganeos, vel subditos, vel dioceses ipsorum concernit. Quod*

41 Quod attinet ad jurisdictionem Archiepiscopi in Episco-
42 pos suffraganeos, ea tanta ab initio fuit, ut prohibiti ipsi
Episcopi suffraganei fuerint aliquid magni momenti age-
43 re sine ejus consensu. Quinimodò Archiepiscopus primas
44 habeat partes in electione Episcoporum suæ provinciæ;
45 ad hoc ut citra ejus sententiam nemo possit Episcopos con-
stitui. Ejus item erant electos jam Episcopos examinare,
46 confirmare, ordinare, insuperque instituire, erudire, ac
47 in eorum mores animadvertere. Hinc factum, ut Metro-
politita Episcoporum diceretur Pater, Magister, Jurex.
48 Hinc suffraganeorum obligatio juramentum fidelitatis
49 præstandi suo Metropolitanæ. Sed si de his, id est, de
50 veteri Metropolitanorum jure pura cupis, ad Thomass.
51 *vet. & nov. disciplin. lib. 1. cap. 40. & seq. usq. ad 48.*
52 *Van-Espen. jur. eccles. part. 1. tit. 19. cap. 2. & 3. Jos.*
53 *Mota, de jure Metropol. in 4. Venet. per tot.*
54 Posterioribus sæculis Archiepiscopi in Episcopos
suffraganeos jurisdictionem aliquam passam fuit diminutionem,
55 sed & magna adhuc remanet, & quidem ordinaria.
Ejus enim vigore poterat Archiepiscopus, 1. Episcopos
56 suffraganeos ad Concilium provinciale convocare. 2. Eorum
negligentiam in episcopalis muneris administratione
57 supplere. 3. Eidem precipere, quæ aliunde ratione
58 sui muneris tenetur exequi, ac contumaces ecclesiasticis
59 censuris coercere. 4. Suffraganeorum causas cognosce-
60 re. 5. Ipsorum Dioceses visitare, aliisque in his peragere,
61 de quibus Auctor à num. 8. *urque ad ult.*
62 Majorem diminutionem passa est jurisdictione Archie-
63 piscopi in suffraganeos Episcopos ex jure Tridenti. In primis
64 ex justissimis illis causis, quas expendit Thomass.
65 *vet. & nov. disciplin. lib. 1. lib. 1. cap. 48.* reservatæ
66 fuerunt Apostolicæ Sedi omnium Episcoporum confirma-
67 tiones, consecratiōnes, & etiam electiones, licet de elec-
68 tionibus Episcoporum non idem ubique jus sit; quæ de
69 re fux Van-Espen. *jur. eccles. part. 1. tit. 13. per tot.*
70 Ex decreto insuper. *Concil. Trident. sess. 24. cap. 5.*
71 *de reformat. constat, causas criminales contra Episcopos*
72 *maiores, id est, quæ depositionem, aut privationem secum*
73 *ferunt, Summo Pontifici reservatas esse: Quod sanè &*
74 *ante laudatum Concilium obtinuisse, ostendit idem Auc-*
75 *tor. citat. loc. tit. 18. cap. 3. ubi de moribus Belgicis*
76 *circa eandem rem. De minoribus criminalibus Episcopos*
77 *causis sic in eodem cap. 5. dict. Concil. in fin. sancti-*
78 *um deprehenditur, ut scilicet eæ in Concilio tantum*
79 *provinciâ cognoscantur, & terminentur, vel à deputan-*
80 *tibus per Concilium provinciale.*
At quoad causas civiles, cum nihil circa eas à Conc.
81 Tridenti. immutatum appareat, mansisse Metropolitanos
82 iudices ordinarios suffraganeorum, affirmat idem Van-
83 *Espen. citat. cap. 3. num. 12.* Barbosa, *de offic. & potest.*
84 *Episcop. part. 1. tit. 4. num. 38.* Schmier. *jurispr. cano-*
85 *nico-civ. lib. 1. tract. 5. cap. 4. sect. 2. §. 2. n. 29.*
86 Sunt tamen qui & in causis civilibus nullam Archie-
87 piscopo in Episcopos suffraganeos invitatos competere ju-
88 risdictionem, præterquam in casibus à jure expressis, tenent:
89 Vide Loter, *de re benefic. lib. 2. quest. 22. n. 74.*
90 *Card. Petra, in comment. ad const. apost. constit. 2.*
91 *Leon IX. num. 8. & sequent.*
92 Quod verò ad censuras attinet, licet eas in suffraga-
93 neos infligendi de jure communi, ut dictum est, potesta-
94 tem habeant Archiepiscopi; tamen id agendum cum mag-
95 na consideratione, & nonnisi consulta Sac. Congr. Con-
96 cilio. Interprete docet Card. Petra, *cit. loc. num. 88. &*
97 *sequent.* Hæc verò ad rem habet Schmier *loc. citat. in*
98 *supplement. ad dict. cap. 3. n. 35. & plur. sequent. Quia ejus-*
99 *modi pene, & censure ecclesiasticæ non utantur, nisi*
100 *præcedat culpa, & delictum; cognitio verò de delicto suf-*
101 *fraganeorum ex n. 28. ad Archiepiscopus non aliter in usum deducere*
102 *poterunt, quam cum provinciali Concilio, prout tex-*
103 *tum in cap. Venerabilis post Emmanuelem Gonzalez inter-*
104 *pretatur Petra. Aus solum in ea hypotesi, qua suffraga-*
105 *neus delinquit in officio, & actu, qui spectat ad jus metro-*
106 *politani, per ea, quæ tradidit dict. Petra, &c. Aus de-*
107 *ique in casu, quo Archiepiscopus procedit ad declarati-*
108 *onem censura lata ab ipso jure, hanc nunciacionem etiam*
109 *contra exemptos fieri posse, satis innuit Card. de Lucc. &c.*
110 *FRANZ. BIRLITZ. Tom. I.*

Censuras ab Archiepiscopo latas in Vicarium sui Episco-
111 *pici suffraganei, qui ipsius mandatis obtemperare re-*
112 *nuvit, sustinuit Rota in Taurinen. seu Salutarium excep-*
113 *tuum, 3. Februarii 1747. & 5. Maji ejusdem anni coram*
114 *R. P. D. Caniliac.*

115 Circa jus supplendi negligentiam à suffraganeis in
116 *administratione sui muneris, esse qui sentiant, non alie-*
117 *ter Archiepiscopi illud competere, nisi in casibus in jure*
118 *nominatim expressis, tradit sæpè citat. Schmier. eod. loc.*
119 *num. 40.*

120 Ad Visitationem demum quoad attinet, eam nonnisi
121 *causa cognita, & in Concilio Provinciali probata, ab Ar-*
122 *chiepiscopo in diocesis Episcoporum suffraganeorum*
123 *fieri posse, statuit Concil. Trident. sess. 24. cap. 3. de re-*
124 *format. ut observatum est ab Auctore, n. 1. Haftenus de*
125 *jurisdictione Archiepiscopi in Episcopos suffraganeos.*

126 Jurisdicção Archiepiscopi in subditos Episcoporum
127 *suffraganeorum minime ordinaria est, sed media ordina-*
128 *riam inter, ac extraordinariam, & ad casus in jure ex-*
129 *pressos restricta. Archiepiscopus enim procedere valet in*
130 *subditos Episcoporum suffraganeorum. 1. Dum ab Episcopis*
131 *suffraganeis, vel eorum Vicariis generalibus ad ips-*
132 *sum appellatur. Nota verò, quod seclius consuetudine,*
133 *Archiepiscopus non potest destinare officiales in dioc-*
134 *sibus Episcoporum suffraganeorum pro futuris appella-*
135 *tionibus; cap. Romana ecclesia, de offic. ordin. in 6. Num.*
136 *autem idem obstineat quoad appellatiōnes jam interp-*
137 *stas, consule Passerin. in dict. cap. per tot. ubi & alia ad*
138 *rem habet. 2. Dum visitat provinciam, hoc enim casu*
139 *saltem in foro interno Archiepiscopus omnem jurisdic-*
140 *tionem habere in omnes provincias Incolas, & sic eorum con-*
141 *fessiones audire, & deinde absolvere, & penitentiis san-*
142 *ctuales imponere, liquet ex cap. Romana, §. Sanè, de ap-*
143 *pell. in 6. 3. Dum agitur de criminibus notoriis. Ea pro-*
144 *fecto statutis poenis coercere valet Archiepiscopus ex adè*
145 *inecussabili Episcoporum suffraganeorum negligentia,*
146 *cit. cap. Romana, §. Sanè. 4. Dum ipsi Archiepiscopo,*
147 *vel suis infertur injuria, aut usus jurisdictionis impeditur.*

148 Reliquum est, ut disseratur de jurisdictione Archie-
149 *piscopi in diocesis Episcoporum suffraganeorum. Ea*
150 *pariter restricta est ad casus in jure expressos. Ejus vigo-*
151 *re valet. 1. Archiepiscopus relegare ex tota provincia de-*
152 *linquentes in sua diocesi. arg. cap. Non sine, de arbit.*
153 *& ibi. num. 2. 2. Mittre quæstoes per totam provin-*
154 *ciam pro restauranda fabrica ecclesie metropolitanae,*
155 *cap. Romana 1. de penitent. & remis. in 6. 3. Prohibere*
156 *ex justa causa munus predicationis per totam provin-*
157 *ciam, cap. Suarum, de privileg.*

ARTICULUS III.

Archiepiscopus quoad Pallium.

SUMMARIUM.

- 1 *Pallium quid sit, & unde dictum, ad num. 6.*
- 2 *Quomodo conficiatur, & tradatur, ad num. 11.*
- 3 *Quando sit petendum, ad num. 13.*
- 4 *Quibus obtinere debeat Archiepiscopus ante recep-*
5 *tionem Pallii, ad num. 16.*
- 6 *Quando illo uti possit Archiepiscopus, ad num. 35.*
- 7 *De Pallio relatè ad Archiepiscopus, qui aut trans-*
8 *feratur ad sedem, aut duas retineat, aut sua re-*
9 *nantiverit, ad num. 44.*
- 10 *Quid agendum, si Pallium aliquo casu pereat, ad*
11 *num. 46.*
- 12 *Subnectuntur supplementa ex aliena manu, ad nu-*
13 *mer. 54.*

14 **P**ALLIUM est præcipuum Archiepiscoporum insigne, seu
15 *ornamentum de corpore Beati Petri sumptum, in quo*
16 *pastoralis officii plenitudo cum archiepiscopalis nominis*
17 *appellatione ipsis à Papa confertur. Colligitur ex cap.*
18 *Significasti 4. de election. §. Cum igitur, & cap. Nisi*
19 *significasti 3. de auctoritate, & usu Pallii, & sic Hostiensis,*
20 *in summa hujus tituli, num. 1. Engel, & alii passim*
21 *cum Glossa, in rubrica hujus tituli. Dicitur autem Pal-*
22 *lium*

lium de corpore Beati Petri sumptum, quia benedicitur, & consecratur a Papa super altare S. Petri, & de ipso altari accipitur ab eo, qui ipso debet uti, vel per se, si sit præsens, vel per procuratores, si sit absens, & sic assumitur de corpore Beati Petri, ut præcisè terminis dicit Glossa, in citat. cap. Significasti, verb. Corpore assumuntur, & ut clarè habetur etiam ex ipsomet textu istis verbis: Cum igitur à Sede apostolica nostra insignia dignitatis exigitis, quæ Beati Petri tantum corpore assumuntur, vel dicitur de corpore Beati Petri sumptum, quia significat veluti particulam pontificiæ potestatis, quæ plenariè ex Christi concessione residet in Beato Petro, & eisque legitimis successoribus, & partialiter ex Papæ multo medio Pallio communicatur aliis; ut deducitur ex cit. cap. Significasti, nam alii Prælati inferiores Papa non sunt vocati in plenitudinem, sed solum in partem sollicitudinis pastoralis; ut expressè dicitur in cap. Ad honorem 4. hoc tit. §. fn. his verbis: Quoniam vocati sunt in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, & clarior etiam in cap. Qui se 12. caus. 2. quest. 7. his verbis: Ipsa namque ecclesia, quæ prima est, ita reliquis ecclesiis vicem suam credit largiendâ, ut in partem sint vocata sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vel dicitur de corpore Beati Petri sumptum, quia à solo Romano Pontifice propria auctoritate Pallium confertur, ab aliis vero non nisi ex privilegio ejusdem, ut notat Abbas, in citat. cap. Significasti, n. 9. Dicitur: In quo pastoralis officium plenitudo cum archiepiscopalis nominis appellatione confertur; quia sicut Episcopus non habet plenum jus in suo episcopatu antequam consecratus sit: Ita neque Archiepiscopus plenum jus habet in sua provincia, priusquam Pallium recipiat, adeo ut ante Pallii receptionem non possit se appellare Archiepiscopus, cap. Nisi specialis 3. hoc tit. ibi: Non tamen debet se Archiepiscopus appellare priusquam à nobis Pallium suscepisset, in quo pontificis officii plenitudo cum archiepiscopalis nominis appellatione confertur, & Glossa ibi: verb. Nominis, his verbis: Et ita licet consecratus sit in Episcopum, non est appellandus Archiepiscopus ante Pallii receptionem. Immo Archiepiscopus quamvis sit consecratus in Episcopum, nequit multa exercere ante receptionem Pallii, ut infra videbitur.

7. In primis tamen non erit abs re ad uberiorem omnium notitiam hic adducere modum, quo Pallium ipsum conficitur, & traditur, prout adducitur à variis, & signanter à Christophoro Marcello Corcyrensi Archiepiscopo in cæremoniali roman. lib. 1. sed. 10. cap. 5. his verbis: Cura conficiendorum, & conservandorum Palliorum ad Subdiaconos apostolicos pertinet, qui ex lana munda, & alba illa hoc pacto conficiunt. Sanctimonialis monasterii sanctæ Agnetis, vel Religiosi, qui sunt in illa ecclesia, offerunt quotannis agnos duos albos super altare illius ecclesie in die festivitatis sanctæ Agnetis, dum in missa solemni cantatur Agnus Dei, qui agni recipiuntur à duobus Canonicis ecclesie lateranensis, ab eis postea consignantur Subdiaconis apostolicis, qui agnos ipsos in pasqua mittunt, quoad veniat tempus opportunum ipsos tendendi. Tempore opportuno advenio ex his agnis lana tenditur, quæ mixta cum alia alba, & pariter munda reducit in filium, ex quo Pallia hujusmodi contextuntur, latitudine digitorum trium redacta in orbem quatuor crucibus nigris, aut purpurei intertexta, ita ut velut stola sacerdotales humeros præsulum ambiat à pectore & renibus particulam pendentem habentia longitudinis palmi, & semis, & in eorum extremitatibus laminas plumbeas tenues. ad parem latitudinem in fine orbiculas nigro serico textas, insutas supra pendentes particulas ante, & post, & super humeros utroque. Sic confecta Pallia per Subdiaconos portantur ad basilicam principis Apostolorum, & per Canonicos basilicæ ponuntur super corpora Petri, & Pauli Apostolorum sub altare majore, ubi factis ex more vigiliis, illa per noctem dimittunt; deinde restituntur Subdiaconis, qui in loco honesto ea conservant.

8. Usus autem Pallii hujusmodi antiquissimus est, & à Lino Pontifice Petri Apostoli immediato successore habuit originem: ita enim scriptum legitur à Maximo Episcopo in homil. de veste sacerdotali: In lege gratia antiquum

est illud nostrum Ephod, id est Pallium, quod nostri Patriarcha arbitrantur à Lino post Petrum II. Romano Pontifice institutum, & in singulare potestatis privilegium à nostro Deo primis Præsulibus datum. Et Eusebius Casariensis, in Sermon. de Epiphania scribit: Nihil antiquius veste illa sacerdotali Præsulibus nostri, quæ illi vestis veteri testamento successit bysso, auroque contexta, qua in signum plenissime potestatis primus Linus amicus est, cui ad typum dedit, & nomen à veteribus acceptum scriptoribus, quam appellavit, & Pallium.

Cum autem aliquis Prælati indiget Pallio, illud primo per quempiam ex Advocatis consistorialibus Procuratorem ab eo ad hoc specialiter constitutum à Summo Pontifice in consistorio instant, instantius, & instantissime petitur. Pontifex excluso Advocato acquirit patrum sententias, an dandum sit Pallium, deinde committit priori Diaconorum Cardinalium, ut Pallium Prælati, vel ejus Procuratori assignet; expediuntur super ea re literæ apostolicæ in forma consueta, & primus Diaconorum Cardinalium imponit locum, & diem, ubi & in quo Pallium consignare debeat. Id plerumque fieri solet in domo ipsius Cardinalis in sua capella; interdum autem in ecclesia S. Petri, & super majus altare; & valde concedenter, maxime pro maximis ecclesiis, & ultramontanis. Statuta die Prælati sit est præsens, vel ejus Procurator in absentia cum speciali mandato venit ad locum ordinatum. Adsunt Dominus primus Diaconorum Cardinalium, & Subdiaconus apostolicus cum ipso Pallio, qui Pallium explicat super medium altaris. Prælati sit est præsens, indutus super rochetum, sive superpellicem planeta, genuflexus in gradu altaris, ante Priorem Diaconorum stantem in cornu dextro altaris, ubi legitur evangelium, petit sibi dari, & consignari Pallium, his verbis: Ego N. electus ecclesie N. instant, instantius, & instantissime peto mihi tradi, & assignari Pallium de corpore B. Petri sumptum, in quo est plenitudo pontificis officii. Tunc Dominus primus Diaconorum accipiens Pallium altari imponit illud super humeros Prælati genuflexi dicens: Ad honorem omnipotentis Dei, & B. Mariæ semper Virginis, atque BB. Apostolorum Petri, & Pauli, nec non ecclesie N. tibi commissa, tradimus tibi Pallium de corpore B. Petri sumptum, in quo est plenitudo pontificis officii patriarchalis, vel archiepiscopalis nominis appellatione, ut utaris eo infra ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimentur in privilegiis ab apostolica Sede concessis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Et illud cum Subdiacono aptat, non tamen infligit spinulas, & recipit illud ad osculum pacis. Demum Clericus cæremoniarum extrahit illi Pallium, & advocatis testibus rogat se de illo actu, plicat Pallium, & illud portat ad dictum Prælatum, vel illud servat in loco sacro, quoad Prælati recedat, & tunc dat illi Pallium cum publico instrumento.

Si autem Pallium tradendum sit Procuratori in absentia Prælati, Procurator indutus superpellicem genuflexit, ut de Prælati diximus, & petit Pallium, & jurat in haec formam: Ego N. Procur. & Procurat. nomine, & pro parte Rev. in Christo Patris, & Dom. Domini N. electi eccles. N. instant, instantius, & instantissime peto mihi tradi, & assignari Pallium de corpore B. Petri sumptum, in quo est plenitudo pontificis officii. & promitto illud reverenter portare eidem R. P. Domino N. nec pernoctabo in aliquo loco, nisi una nocte tantum, nisi prædixit fuerit legitime, & tunc in cathedrali ipsius, & si non fuerit cathedralis, in collegiata, si non fuerit collegiata, in parochiali ecclesia remittam, & honorificè reponam: sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei evangelia. Diaconus autem Cardinalis accipiens Pallium de altari imponit illud super humeros Procuratoris dicens: Ad honorem omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, Domini nostri, & Sanctæ Romanæ Ecclesie assigno tibi Pallium de corpore B. Petri sumptum, in quo est plenitudo officii cum archiepiscopalis nominis appellatione, nomine, & pro parte R. in Christo Patris Domini nostri N. & ecclesie N. ad quam electus, ut eo utatur infra ecclesiam suam certis diebus, qui exprimentur in privilegiis ab apostolica Se-

de concessis. In nomine Patris, &c. Et in fine Procurator osculatur illi manum, & rogat Clericum cæremoniarum, & petit instrumentum, Clericus extrahit illi Pallium, plicat, & reportat, & conservat in loco sacro, quousque Procurator sit discessurus, & tunc dat illi Pallium, & instrumentum in publica forma.

Qui Pallium sunt recepturi, postquam fuit petitum in consistorio, & acceptum, componunt primum cum Subdiaconis, nam illi, ut supra diximus, tenent Pallia: Et isti accipiunt secundum valorem, & taxam ecclesie aliquando plus, aliquando minus pro centenario. Clerici cæremoniarum, & ipsi ratione officii sui, & instrumenti mercedem suam exigunt ad proportionem taxæ, & valoris ecclesiarum, non tamen tantum quantum Subdiaconi. Solent etiam, qui Pallium accipiunt, dare dono duo Bireta Diacono Cardinali, & totidem suis Camerariis; ad circa hoc, & de quota nihil firmi statutum legitur, adeoque standum consuetudini, & praxi pro qualibet differentia temporum, & aliarum circumstantiarum, & hæc de Pallii occurrentibus cæremoniis dicta sufficiant.

Archiepiscopus, & quilibet alius, cui Pallii jus competit, debet intra tres menses à die consecrationis, si ante non fuit consecratus, vel à die confirmationis, si jam ante fuit consecratus, cessante justo impedimento, per se, vel per Procuratorem petere Pallium, aliàs privatur commissa sibi dignitate, cap. Quoniam 1. dist. 100. ubi sic præcisè dicitur: Placuit, ut si quique Metropolitanus ultra tres menses consecrationis tue ad fidem suam exponendam, Palliumque suscipiendum ad apostolicam Sedem non miserit, commissa sibi careat dignitate, si quæ Metropolitanus alius licentia post secundam, & tertiam commotionem viduatis ecclesiis cum consilio Romani Pontificis ordinando Episcopo subvenire; & clarissime in ejus summario: Infra tres menses fidem suam exponere, & Pallium postulare à Romana Ecclesia quique Metropolitanus sit udat.

Hodiè ex verò Trident. sess. 7. cap. 9. alii tres menses dantur ad petendam consecrationem; qui etiam ad petendum Pallium consequenter dari censetur. Barbosa, lib. 1. jur. eccles. cap. 7. n. 115. Ante receptionem Pallii non licet Archiepiscopo, quamvis sit consecratus in Episcopum, immò etiam possessionem acceperit, nec se Archiepiscopus nominare, ut etiam diximus n. 5. nec eos actus exercere, qui sunt jurisdictionis majoris, quos non ut simplex Episcopus, sed tamquam Archiepiscopus facere videtur, ut convocare concilium, visitare provinciam, & hujusmodi, textu expresso, in cap. Quod sicuti 28. de electione, his verbis: Præterea cum non liceat Archiepiscopo sine Pallio concilium convocare, conficere chrism, dedicare basilicas, ordinare Clericos, & Episcopos consecrare, multum profecto præsumit, qui antequam impetret Pallium, Clericos ordinare festinat, cum id non tamquam simplex Episcopus, sed tamquam Archiepiscopus facere videatur. Potest tamen Archiepiscopus confirmatus ante receptum Pallium ea, quæ sunt ordinis episcopalis, demandare suis suffraganeis, qui licite de ejus mandato possunt talia exercere, textu claro in cap. Suffraganeis 11. de electione, his verbis: Suffraganeis alicujus metropolitani, ad mandatum ipsius post confirmationem electionis suæ, etsi Pallium non receperit, licitum est electum, qui ad ejus jurisdictionem pertinet, consecrare. Si verò Archiepiscopus jam consecratus in Episcopum ante receptum Pallium faciat ea, quæ sibi proveniunt ex Pallio circa postestatem ordinis, & chrismatis &c. tunc ipsa sunt valida, sed Archiepiscopus peccat contra canones, & jura, & per hoc fuit dictum supra quod ante receptum Pallium non licet Archiepiscopo &c. non autem quod non possit. Azoribus, instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 34. quest. 6. Barbosa, lib. 1. jur. eccles. cap. 7. n. 17. & alii.

Quamvis Papa in omnibus missarum solemnibus semper, & ubique locorum Pallio utatur, quia assumptus est in plenitudinem ecclesiasticæ potestatis, quæ per Pallium significatur, citat. cap. Ad honorem 4. & quam habet in tota ecclesia catholica; cap. Cuncta 17. & cap. Per principalem 21. caus. 9. quest. 3. Archiepiscopi tamen, Primates, Patriarchæ, & alii, quibus Pallium concessum est, ut Episcopus Hostiensis, Papiensis, Lucensis, Bambergensis, Quinque-Reclensis, & omnes qui sunt hoc pri-

vilégio muniti, eo nec semper, nec ubique, sed in ecclesia tantum suæ respectivæ diocesis, & provincie, & certis tantum diebus ut debent, quoniam in partem sollicitudinis, & non in plenitudinem potestatis sunt vocati, textu expresso, in cap. Ad honorem 4. de auctoritate, & usu Pallii, & cap. Ex tuarum 5. cap. Cum sis 6. eodem tit. & cap. Pallium 6. dist. 100. Et isti possunt etiam Pallio uti in ecclesiis exemptis. Clem. cap. Archiepiscopus, de privilegiis, & gloss. ibi verb. Pontificalibus, & Barbosa, lib. 1. juris eccles. cap. 7. num. 195. cum multis aliis ibi citatis. Dies autem, quibus ipsi Pallio uti possunt, generaliter enumerantur à Gloss. in citat. cap. Ad honorem 4. hoc tit. & partim ab Hostiensis, in summa hoc tit. n. 5. & sunt Nativitas Domini, Festivitas S. Joannis, & S. Stephani, Circumcisio Domini, Epiphania, Dominica Palmarum, Cæna Domini, Sabbatum Sanctum, Tres dies Resurrectionis, Ascensio Domini, Tres dies Pentecostes, Festivitas S. Joannis Baptistæ, & omnium Apostolorum, Quatuor Festivitates B. Mariæ V. S. Michaelis, & omnium Sanctorum, Dies dedicationis ecclesiarum, Consecrationis Episcoporum, Ordinationis Clericorum, & dies anniversarius ipsius Palliati, atque festivitates principales suæ ecclesie cathedralis. Particulariter tamen sunt attendendi dies in quibusque privilegiis expressi; cap. Quia nos 7. de auctoritate, & usu Pallii, his verbis: Non debet semper celebrare cum Pallio, sed diebus illis dumtaxat, qui in ecclesia tuæ privilegiis sunt expressi.

Archiepiscopi, & alii jus Pallii habentes, nequeunt uti Pallio extra missarum solemnias; cap. Ad honorem 4. hoc tit. ibi: In missarum solemnibus, cap. Pallium 6. dist. 100. ibi: Pallium tibi transmiserimus, quo fraternitas tua intra tuam ecclesiam ad sola missarum solemnias utatur: & clarissime in ejus summario sic: Nominatim ad missarum solemnias Archiepiscopo uti Pallio licet, & cap. Contra 8. eadem dist. 100. ibi: Illud, frater carissime, non putamus tibi ignotum, quod penè de nullo Metropolitanò in quibuslibet mundi partibus sit auditum, extra missarum tempus urum Pallii vindicasse. Nec etiam Pallio uti possunt extra ecclesiam; cap. Cum super, hoc tit. Unde si sub papilionis, seu tentorio in castris, aut in domo privata extra ecclesiam propter necessitatem, Archiepiscopus, vel alius Palliatu celebrit. Pallio uti non potest. Gloss. marg. in cap. Cum sis 6. hoc tit. Joannes Andreas, n. 3. Sicuti nec etiam si processionaliter, aut alio modo ab ecclesia exeat, textu expresso, in cap. Cum super 1. his verbis: Si verò te sacris indutum vestibus ecclesiam processionaliter, vel alio modo exire contigerit, tunc tuo Pallio minime uti debes. Glossa tamen, in cap. Pallium 6. dist. 50. dicit, quod Archiepiscopus etiam in synodo uti possit Pallio; quod ipsum etiam videtur colligi, ex cap. Quod sicut 28. de electione, §. Præterea, ubi dicitur quod non licet Archiepiscopo sine Pallio convocare concilium. Et quod Archiepiscopus possit uti Pallio in synodo, tenet Petrus, tom. 5. in consil. 3. Pii II. sed. unie. num. 29. & num. 32. ubi dicit Benedic. XIII. ante Pontificatum semper utum fuisse Pallio in synodis provincialibus celebratis in ecclesia Benevent. & S. Carolum in ecclesia Mediol. Sicuti etiam probabile est, si altare portatile ob populi multitudinem, quam ecclesia capere non possit, præ foribus ejus extruatur, Archiepiscopus in eo solemniter cum Pallio celebrare posse, quia ut rectè dicit Pirhing, hoc tit. numer. 10. non solet haberi ratio ejus, quod per accidens in aliquo casu contingit, & cum tibi celebratio substituat in locum ejus, quæ in ecclesia fieri deberet, consequenter isdem privilegiis gaudere debet. In hac tamen re spectandum est, quæ sit cujusque ecclesie consuetudo; Layman. in cap. Cum sis 6. hoc tit. n. 2. Pirhing. loc. citat. & alii.

Archiepiscopi, & alii jus Pallii habentes nequeunt sine speciali privilegio Papæ uti Pallio in aliena provincia, neque de consensu ejus, ad quem spectat ecclesia, & provincia; cap. Cum super 1. hoc tit. ubi unus Pallii restringitur, & conceditur Archiepiscopo dumtaxat in sua ecclesia, ibi: Tradimus tibi Pallium, ut eo infra ecclesiam tuam utaris; quod ita intelligitur, videlicet infra quamlibet ecclesiam provincie tibi commissa; & cla-

clarissimè in ejus summano sic: *Intra quamlibet ecclesiam provincie sue Archiepiscopus Pallio uti potest, sed extra non potest.* Immo neque Pallio ibi ut possunt, etiam si adit generalis regni consuetudo, cap. Ex tuarum 5. hoc tit. ubi Innocentius III. rescribens Archiepiscopo Compostellano declarat, et quod talis consuetudo dicenda sit potius corruptela, & in ejus summano expressè dicitur: *Archiepiscopus extra suam provinciam Pallio uti non potest, etiamsi hoc habeat consuetudo.* Et licet ibi Pontifex concedat tali Archiepiscopo, ut pro consecrandis suis suffraganeis, vel Clericis ordinandis, possit uti Pallio in ecclesia; & provincia aliena de consensu ejus, ad quem pertinet ecclesia, hoc tamen est ex speciali privilegio ipsi soli propter specialia motiva concessio, unde sine nova gratia Pontificis non debet extendi ad alios, juxta Gloss. in cap. Cum sis 6. hoc tit. verb. Ubicumque, ubi dicit, quod Archiepiscopus extra suam provinciam uti potest Pallio ubicumque, si habeat privilegium ad hoc, & ille ad cujus provinciam, vel diocesim transit, id permittat secundum cap. Ex tuarum. Quam Glossam sequuntur Doctores communiter teste Russo apud Barbosa, lib. 1. juris eccles. cap. 7. num. 108. Tria enim requiruntur, ut Archiepiscopus possit uti Pallio in aliena diocesi, & provincia, ut colligitur, ex citat. cap. Ex tuarum, & notat ibi Hostiens. in fin. & Abbas, num. 11. nempe privilegium Papæ, permissio ejus, ad quem spectat ecclesia, & ut una ex causis in textu expressis interveniat, ita ut uno horum deficiente, non possit uti Pallio in aliena provincia, licet habeat plenissimam facultatem ejus ad quem spectat ecclesia; quia cum hic Pallium sine speciali Papæ privilegio dare non possit, neque usum illius concedere potest alteri in sua ecclesia, vel provincia sine speciali privilegio Papæ.

Archiepiscopi, & alii jus Pallii habentes, possunt tam in sua, quam in aliena provincia, & diocesi privatim celebrare sine Pallio, cap. Quia nos 7. de auctoritate, & usu Pallii, ibi: *Tam in sua, quam in aliena diocesi potes sine Pallio, & sandalis celebrare, qui utique in tua diocesi non debet semper celebrare cum Pallio, sed diebus illis dumtaxat, qui in ecclesie tue privilegiis sunt expressi, & colligitur etiam ex cap. Ad honorem 4. hoc tit. & cap. Pallium 6. dist. 100.* ubi circa usum Pallii fit mentio tantum de missarum solemnibus. Sic etiam possunt, immò debent, secluso speciali privilegio, celebrare sine Pallio in missis defunctorum, citat. cap. Quia nos 7. hoc tit. ibi: *Sieque soluta est questio, an sit licitum pro defunctis cum Pallio celebrare, & ibi Gloss. verb. Quarta, ubi sic habet: Quia respicere debet privilegium suum, & si ibi continetur, quod possit celebrare cum Pallio pro defunctis, ita observet secundum quod ibi continetur, & ibi Innoc. & Abbas, num. 3. & 6.*

Archiepiscopus nequit alteri Archiepiscopo Pallium suum commodare; cap. Ad hoc 2. hoc tit. ibi: *Ad hoc, quæstionem est à nobis ex parte tua, utrum liceat tibi Pallium tuum Metropolitanò alii accomodare. . . Respondemus, quod non videtur esse conventus, ut Pallium in personam non transeat, sed quisque cum eo debeat (sicut tua novis discretio) sepeliri.* Et expressè habetur in hujus summano: *Archiepiscopus alteri Archiepiscopo Pallium suum accomodare non potest.* Pallium enim, ut clarè deducitur ex ipso textu, est privilegium personale concessum personæ cum restrictione ad locum, id est, ad ecclesiam propriam diocesim, & provinciam, adeoque debet sequi personam usque ad mortem, & cum ea sepeliri. Sic Archiepiscopus translatus ad alium Archiepiscopatum, non potest uti priore Pallio, sed debet obtinere novum Pallium, cap. Bone memorie 4. de postulatione. Prælator. in fin. ibi: *A vinculo, quo tenebatur Colocensis ecclesia ab eo, ad metropolim Strigoniensem transferimus, & ei licentiam tribuimus transire Pallium (nota: erat enim utraque ecclesie archiepiscopalis) Pallium ei ad nomen, & usum ejusdem ecclesie transmissuri, & Glossa ibi dicens, quod Pallium datur personæ, sed contemplatione loci, adeoque mutando locum seu ecclesiam, debet & mutari Pallium. Et in secunda ecclesia non poterit Archiepiscopus nisi Pallio secundo sibi concessio contemplatione illius secundæ ecclesie. Licet secum possit, & debeat asportare*

etiam primum Pallium (cum Pallium ex citat. cap. Ad hoc 2. hoc tit. sequatur personam usque ad mortem, & debeat cum eo sepeliri) ad hoc ut possit cum utroque sepeliri. Ita tamen, ut mortuus Archiepiscopus vestiatur Pallio posteriori accepto pro secunda ecclesia, & alterum acceptum pro prima ecclesia supponatur capiti ejus, ut docent Innoc. Hostiens. Abbas, in cit. cap. Ad hoc 4. hoc tit. n. 2. & alii passim. Et dato quod Archiepiscopus retineat duos archiepiscopatus simul & semel, debet habere duo Pallia, unum pro unaquaque ecclesia, ut accidit in Cardinali de judice, qui cum esset Archiepiscopus Montis Regalis, optavit episcopatum Hostiensem, qui gaudet privilegio Pallii, & etiam pro hac ecclesia recepit Pallium à Benedicto XIII. Petra, in constit. 3. Pii II. n. 39. in fine.

Archiepiscopus, qui renuntiavit archiepiscopatu, non potest amplius in illa provincia, neque alibi uti Pallio, quamvis transferatur ad ecclesiam episcopalem; cap. Ad supplicationem, de renuntiatione; ubi Innocentius III. de Archiepiscopo Ragusiensi, qui ob mortis periculum renuntiaverat archiepiscopatu, & fuerat translatus ad ecclesiam episcopalem, sic statuit: *Cui concessimus, ut in ipso episcopatu absque usu Pallii officium episcopale valeat exercere, & sic expressè decrevit Sac. Congregat. Rit. in Majoritate. 16. Octobris 1604.* Immo Archiepiscopus, qui sponte sua suo archiepiscopatu abdicavit, si iterum ad eandem ecclesiam eligatur, alio indiget Pallio. Sicuti etiam Archiepiscopus, qui semel habuit Pallium unius archiepiscopatus, si ab illo ad alium transferatur, iterumque redeat ad priorem, indiget novo Pallio. Petra tom. 5. constitut. 3. Pii II. num. 34. Rodericus à Cunha, in compend. ad cap. Pallium 6. dist. 100. Diana, moral. resolut. part. 1. tract. 6. resolut. 37. vers. Notandum est, Barbosa, lib. 1. jur. eccles. cap. 7. num. 122. & sequ. Archiepiscopus vero si perdat Pallium à Papa acceptum, vel casa igne comburatur, poterit assumere illo pontificalia munia exercere, donec aliud obtineat Pallium, sicuti in tali casu petere tenetur; Petra, loc. cit. num. 38. & Doctores mox citati. Pallium concessum, & non traditum Archiepiscopo cum non possit eo amplius uti, est comburendum, & cineres in sacrario ponendi. Sac. Congreg. Rituum. in causa urbis Subdiaconorum. 4. Maji 1606.

Archiepiscopus in tota provincia benedictionem super populum imperitri potest; Benedict. XIV. tom. 2. constitut. 48. incip. Exemplis Prædecessorum. Archiepiscopi Bononiensis, Ferrariensis, Ravennatis, & Urbinateis una cum Cardinali sanctæ romanæ ecclesie Camerario executores deputantur pro libertate mutui commercii inter subditos ditionis ecclesiasticæ. Idem, tom. 2. constit. 53. incip. Quo die. ***

Egregiè fallitur Auctor originem Pallii, num. 48. ab usque temporibus Apostolorum repetendo. Pro competo enim, exploratoque habetur apud omnes magnæ notæ, ac emungioris naris viros, quod Pallium fuerit primum ornamentum imperiale, quo forsam Imperatores gentiles utebantur ad indicandum pontificiam potestatem, quam una cum ceteris majoribus reipublice libere dignitatibus usurparunt; Imperatores verò christiani fuere, qui ad episcopalem ordinem in ecclesia coonestandum, ipsum primo imperitri fuerunt Summo Pontifici, ac Patriarchis, tum Metropolitanis, & demum etiam aliis Episcopis.

Quo verò tempore, & à quibusnam Imperatoribus fuerit primum hujusmodi ornamentum Summo Pontifici, ceterisque Patriarchis communicatum, hæcenus incomperitum est.

Illud tamen certum est, tempore S. Gregorii, & Justiniani Imperatoris tam in ecclesia latina, quam in ecclesia græca Pallium in usu fuisse; ut manifestissima res est illius epistolæ (quarum plura fragmenta refert Gratian. dist. 100.) argue ex novellis laudati Imperatoris constitutionibus.

Manifestum insuper ex S. Gregorii epistolæ est, quod ipsi quoque Summi Pontifices diè ab initio ejusmodi ornamentum tamquam ex magnificentia & pietate Imperatorum profectum, non aliter communicarent aliis, quam prius ebrento illorum assensu. Verum posterioribus temporibus ejusmodi ornamentum jure suo Summi Pontificis conferre Archiepiscopis cœperunt; sed non eadem prorsus forma,

& solemnibus, quibus nunc utitur ecclesia. Quæ quidem omnia singillatim hic expendere longum esset; unde tu de Pallii forma, materia, & usu, antiquitus tam in ecclesia græca, quam latina receptis, consule Thomassinum, qui totam rem fuscè, & eruditè persequitur, veter. & nov. discipl. part. 1. lib. 2. cap. 53. & sequ. usque ad 57. Adde Van-Espen. jus eccles. univers. part. 1. tit. 19. cap. 5. & Bohemer. in decret. lib. 1. tit. 8. per tot. qui tamen cautè est legendus. In primis autem eruditissimam dissertationem historico-canonica de Pallio Joannis Caspari Barthel. Herbipoli, seu potius Romæ anno 1753. secundò editam, in qua res antea obscura mirum in modum illustratur. De hodierna verò ecclesie disciplina fuscè disserit Auctor. &

cum Archimandrita, & Abbas idem sint, ut exponit Glossa in epist. Inter clara, §. Manifestum igitur, in verb. Archimandrita, cod. de Summ. Trinit. & fide catholica. Fagnan. in cap. Ut Abbates, n. 6. de etate, & qualitate præficatorum. Tamen Archimandrita in rigoroso suo significato in hoc differt ab Abbate, quod Abbas, ut sic, importat solum præse unico monasterio, Archimandrita verò, ut sic, importat præse pluribus monasteriis. Abbas verò est primus, & princeps parum, ut apud Ruchum, in histor. Sicil. Sacr. lib. 4. notitia Archimandritatus Messane.

Hoc Archimandritæ nomen maxime in usu fuit apud Græcos in Oriente, & de eo fit mentio per Justinianum in l. 1. Reddente §. Omnes verò, Cod. de Sum. Trinit. ibi: *Omnes verò Sacerdotes sanctæ catholice, atque apostolice ecclesie, & Reverendissimi Archimandrite sanctorum monasteriorum. Ex in Concilio Generali Ephesino part. 1. n. 5. necnon in Concilio Chalcedonensi an. 1. in quo subscriperunt post Episcopos vigintiduo Archimandrita.* In Italia verò cepit in usum devenire anno 1094. quo Rogerius Primus Siciliae Rex quemdam Bartholomæum Monachis Basiliensibus præfeciendum duxit sub nomine Archimandritæ, & exinde Regum munificentia in Sicilia, & Calabria varie auctis, & satis ditatis monasteriis ejusdem ordinis, omnes eorum Abbates, sed locales superiores Archimandritæ subjecerantur, eique singulis annis die 6. Augusti in festo S. Salvatoris cum suis Monachis obedientiam præstabant. Vicissitudine tamen temporum, rebus in hac religione varie mutatis, fuit apostolica auctoritate statutum, ut, sicut adhuc in præsentiarum servatur in monasterio S. Salvatoris Messanæ, in eo creetur Commendatarius Archimandrita Prælatus secularis cum omnibus fere proventibus, excepta alimonia pro Monachis, & in eundem Prælatum translata est jurisdictionis Archimandritæ, solumque retinent Monachi instar canonicorum ecclesie cathedralis, ut Vicarium Generale Capitularem Monachum ejusdem instituti, vacante Sede Archimandritali, eligant, hocque privilegium aliis per Pontifices, & Reges concessum, nunc pro antiqui decoris monumento habent etiam ex declaratione Sac. Congr. ut testatur Rocchus Pirrus ejusdem ordinis in vit. S. Basilii fol. 738.

ARCHIMANDRITA.

SUMMARIUM.

1. *Archimandrita unde sit dictus.*
 2. *Archimandrita in propria sua significatione idem est, ac Abbas generalis, seu supremus aliorum ordinum.*
 3. *Archimandrita in rigoroso suo significato in hoc differt ab Abbate, quod Abbas, ut sic, importat solum præse unico monasterio, Archimandrita verò, ut sic, importat præse pluribus monasteriis.*
 4. *Abbas enim est solum pater, Archimandrita verò est primus, & princeps parum.*
 5. *Archimandritæ nomen maxime in usu fuit apud Græcos in Oriente.*
 6. *In Italia verò cepit in usum devenire anno 1094. quo Rogerius Primus Siciliae Rex quemdam Bartholomæum Monachis Basiliensibus præfeciendum duxit sub nomine Archimandritæ.*
 7. *Vicissitudine tamen temporum rebus in hac religione varie mutatis, fuit apostolica auctoritate statutum, ut sicut adhuc in præsentiarum servatur in monasterio S. Salvatoris Messanæ, in eo creetur Commendatarius Archimandrita Prælatus secularis cum omnibus fere proventibus, excepta alimonia pro Monachis, & in eundem Prælatum translata est jurisdictionis Archimandritæ.*
 8. *Jurisdicção, & præsentia in loca, & subditos dicti Archimandritatus residet penes Commendatarium ex Brevi Urbani VII.*
 9. *Hic Archimandritatus Messanensis est de jurepatronatus Regis, & in maxima veneratione habetur.*
 10. *In capella pontificia habet usum Rochetti, & Cappe, & sedet primus post Episcopos.*
 11. *Palatium hujus Archimandritæ habitans in civitate messanensi, etiam conductitium, non fixum, nec coherens alicui ecclesie, concurrente legitima consuetudine, gaudet immunitate, quemadmodum gaudet palatium Episcoporum.*
 12. *Idem Archimandrita exercens jurisdictionem in suis subditis, potest procedere ad censuras, & alias penas juxta sacros canones, & constitutiones apostolicas contra magistratus laicos, & alios quoscunque ipsum in exercitio dictæ sue jurisdictionis perturbantes.*
 13. *Item familiares dicti Archimandritæ etiam ad tempus conducti durante servitio, gaudent privilegio fori.*
 14. *Archimandrita messanensis non tenetur ad personalem residentiam.*
- ARCHIMANDRITA sic appellatur ex vocabulis græcis, Arcos, & Mandra, quæ latine idem sonant, ac Pater, & Prælatus omnium Abbatum, qui sub eo existunt. Unde & propria sua significatione idem est ac Abbas generalis, seu supremus aliorum ordinum; & licet in ordine divi Basilii varii superiores locales particularium monasteriorum vocentur etiam Archimandritæ, sicuti superiores locales variarum religionum vocantur etiam Abbates,

BIBLIOTECA CENTRALI